



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Ecclesiasticæ eloquentiæ partem esse commotionem. Cap. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

DE RHETORI-  
CA ECCLESIASTI-  
CA AD CLERICOS.  
LIBER SECVNDVS.

Ecclesiasticæ eloquentiæ partem esse commo-  
tionem.

Cap. I.



**V**OD Rhetor & orator magnus secu-  
li scripsit, accommodari potest, vt B.  
Augustinus obseruat in libro de doctri-  
na Christina, paulum immutatis ver-  
bis, oratori Ecclesiastico, docere est de-  
bitum, delectare honorarium, flectere  
victoria: debet enim is, qui Christi legatione fungitur,  
probare, verissimam esse Christi religionem, eamq; com-  
plecti omnia, quæ speranda, quæ timenda, quæ vitanda,  
quæ agenda sunt. Ad expugnandos auditores hoc pluri-  
mum valet, vt dicentis oratione atque moribus, audito-  
rum animi commoueantur: nam quanquàm de eorum,  
qui audiunt, salute agatur, ita vt nulla videretur neces-  
saria commotio; quoniam tamen grauissimi & acerrimi  
sunt domestici inimici, quibus, dum in hoc corporis car-  
cere detinemur, insidiosè oppugnāmur; commouēdi sunt  
animi, & ad pugnam hanc necessariam excitandi, nè va-  
rijs fluctibus humanarum cogitationum & cupiditatum  
mergantur.

F 5

Qua